


Lessus Parnassiacus Super Obitu Beatissimo Viri ... Justi Fewrbornii ... Decantus a Quibusdam S. Theologiae Alumnis ...


[Gießen]: Typis Chemlinianis, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn81072023X>

Druck Freier  Zugang







LESSUS PARNASSIACUS

Super

OBITU BEATISSIMO

VIRI

Maximè Reverendi, Amplissimi atq̃

Excellentissimi

DOMINI

JUSTI FEWRBORNII,

S. S. THEOLOGIAE DOCTORIS

incomparabilis, ejusdemq̃; Professoris in
Alma LUDOVICIANA Primarii, Ecclesiarum

Marpurgo-Darmstadinarum Superintendentis

vigilantissimi, Ecclesiastæ Giffeni

fidelissimi &c.

DECANTATUS

à

Quibusdam S. Theologiae Alumnis.

*Cum ipsis Februarii Idibus Corpus ejus lacrymas inter &
suspiria humo demandaretur*

ANNO

M. DC. LVI.



Typis CHEMLINIANIS.

F. 4 - 1263. 13.

OBITUARIA FISSIMO

ALBERTUS WYBORNIUS
THEOLOGICAE DOCTORIS

Professoris in
Theologiae, Historiae, Ecclesiarum
Antiquitatis, et Historiae
Ecclesiarum, et
Ecclesiarum

DECANATUS

Quidam Theologiae Alumnus

Georgii Hübneri in Capite eius laudatus

ANNO

MDCCLV

1755

Typis CHERMINIANIS

Handwritten signature or mark

I.



Inxerunt Prisci coelorum culmen
Athlantem

Robore permagno sustinuisse suo.
Non fictum ast V E R U M vixisse exper-
tus ATHLANTEM,

Dum moritur FEVVRBORN, firma columna chori.

Cujus vi validâ vexata Ecclesia Christi
Fulta fuit validè, nã nimis ille cadit.

Ecce cadit FEVVRBORN, Cecidit! Quis fortior illo
Vel curâ immensâ, vel fuit ingenio?

Fortis & impavidus scripsit pro dogmate Christi,
Nec poterat vinci, sed, bene! victor erat.

At nunc effertur ferali sirmate funus,
Membraq; defuncti dantur humanda senis.

Inde dolens tristes questus Ecclesia fundit,
Quòd tam Præclaro sit spoliata viro.

IPSE simul PRINCEPS luget reducemq; precatur,
Aut, nisi sit, simili flagitat arte parem.

Solvit & exequias tristes academia nostra,
Quippe cui MAGNUS dixit APOLLO Vale!

Et sacra rostra gemunt, urbs illum tota celebrat,
Amplius, & graviter, non superesse, gemit!

Hassia nostra gemit, lacrymisq; cadentibus ora
Mœsta rigat, sibi nunc hoc cecidisse DECUS!
Actum de nobis, nisi mox Poliarcha supremus
Subveniat, placido numine, naufragiis.
Sanet & hoc vulnus dignumq; subornet Athlant,
Qui templi coelum gestet onusq; levet.

In honorem extremum Præceptoris ac Promotoris sui
desideratissimi mœstus apposuit

Conradus Schwane/ Francome
Hassus, SS. Theol. Stud.



II.

Quid Fama pullo tempora sylvæ
Velata narras? cur Phaeton faces
Avertit auratas? & Axes
Triste sonant? & Apollo luget?
Heu! triste Fatum, parcere nescium
Rebus creatis, abstulit! abstulit
Templis Sacerdotem, Virumq;
Teutonicas celebrem per oras
Cui nempè pectus sinxerat Entheum
Natura, FEVVERBONIUS occidit:
FEVVERBONIUS sidus deserti
Cattigenum radians Lycæi.
Ergo juvenis pangito nanius;
In stagna mæror transeat; asperum
Formato lessum, SACRA SACRÆ
ANCHORA fracta jaces CARINÆ!
Nam

Nam sicut orto Navita turbine

Repente jactam currit ad anchoram:

Sic HUNE adibas quisque tutus,
Turbine religionis orto.

Hic, recta qualis stupea Mulciber

Absumit ardens, plenior Entheo
Ardore technas decoquebat
Funditus heresum solutas.

Hic, suscitatas qualiter excutit

Fontana flammæ, fortiter hæctenus
Calvinianorum furentes
Mente manūque represit ignes.

O ergo! luge Christiadam genus

ECCLESIARCHAM, trudito lacrymas
Vultu liquentes, fletu docti
Ingeniosa cohors Lycai.

Sed quid? SEQUENDUM, mors ubi nos vocat:

Hanc arma contra ferre Piaculum est!

Quod stamus, imus, vivimusq;
Quodq; itidē tumulamur hinc est.

Et Musa quorsum? pone tumentibus,

Heus! pone tandem littora lacrymis;

Substringe pectus triste: Cujus
Mæsta necem gemis, ille VIVIT!

VIVIT! sereno latus ab Aethere

Ridens tumultus atræque nubila:

VIVIT! caput pulchrâ corollâ

Cælicolas redimitus inter.

Lessum hunc lugubri

cantatum avenâ mæstus posuit

Laurentius Bechtold, Alsfeldiâ-

Carrus, S. S. T. S.

PLangite nunc omnes, lachrymas effundite
acerbas,

Flete quibus virtus, ars quibus alma placet.
Præ-grandis causa est: Heu! heu FEVVRBORNIVS
ille

A nobis abiit morte peremptus atrâ:
Hic dignus luctu, fletu, mœrore, dolore,
Non de fece etenim quis cecidit populi.
SAL terræ sapiens: VITÆ lux splendida mundi,
DOCTRINÆ cecidit lux: PIETATIS amor:
THEOLOGIVM fidus: TEMPLI decus; atq; SOPHORVM
Gloria: Laude æquâ *quæ* digna latent.
Næ nimium quantum jam tota Ecclesia vulnus
Percipit, h'oc fulcrô despoliata suô.
Nec captat damnum lugens Academia nostra,
Optime FEVVRBORNI, te moriente, leve,
Qui nobis Doctor longè fidissimus atque
Defensor veri qui celebrandus eras.
Sancta Dei verùm nostri est sic facta voluntas,
Cui meritò assurgit tota caterva piè.
Mors tua jactura est nobis, tibi nobile lucrum
Et certum merito Christe benigne tuo.
Temporis æterni nunc tractu gaudia VIVÆ
Et celebra Dominum, fulgida stella, tuum.

Maestus apposuit

Henricus Stippius Francobergâ-Hassus

S. S. Theosoph. Studios.

Quid mea Musa canes, quæ tristia, facta sonabis?
 Heu quod conabor dicere triste latis!
 Mortuus est FEVVR BORN, non infima gloria terræ,
 Heu cecidit sacri portio magna chori!
 Sed quid agam? Domini manus hæc, cui dicere nemo
 Audeat, heus tu cur ista vel ista facis?
 Ipsi propterea requiem sine labe precemur,
 Fama superstitibus clara perennis erit.

In maiore scripsit

Johan Georgius Lucius Werzfar.

Mors quid agis? cur tam crudeli falce necasti
 Patronum nostrum, Theiologumq; bonum?
 O Mors cur perdis fulcrum firmamque columnam
 Templi? cur tantam surripis ecce virum?
 Quem flet Parnassus, nec non Ecclesia Christi,
 Quem dolet amissum docta corona sophæ.
 At mors quid tu sis, scis? felix vita piorum.
 Qui nuper terram nunc docet ille polo.

Ingens scripsit

Henricus Nicolaus Dornbeck
 Rauschenborgâ Hassus.

P I N I S.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.


Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Fr. Koppin,
Buchbinder
in
ROSTOCK
bey der Marien-Kirche





15
*ulsi properam gemis
ilem tempore languidi
erat, natio dum gemit
us Gwestphala Gens geme!*

uoq; obitum Beatissimi Dn, D. FEUR-
BORNII luxit

GEORG. Grevel Susatò. Gwestph.

XI.

sem tanto pro funere versum
el tristes exprimere hîc lacrymas!
id enim vel tristius unquam
ua res tristior esse potest:

nomento sustulit uno

itâ Nestoris ipse fuit:

DOCTOR FEURBORNIIUS, eheu!

mper nobilis ingenio,

stus, tumulus tua membra reservat

nus luxerit orbe dies.

Lugebundus fecit

Johannes Fridericus Arcularius,

Waldecco - Westphalus.

XII.

m dirum & miserabile lei hum

obis pulchra corona virûm

ns DOCTOR FEURBORNIIUS Eheu!

rum religionis erat

Pa.